

requiruntur. 1. Ut hæres claris & expressis verbis instituat, illiusque nomen propria manu testatoris scribatur, vel si aliena, ipse testator scribat, & subscriptum ac involutum ostendat testibus: dicatque in eo suam ultimam voluntatem contineri. 2. Ut adhibeatur septem testes rogati, masculi, puberes, idonei, hoc est, qui non excludantur a jure, quales sunt hæres, filiusfamilias, jurisci, damnati ob crimen hæc. 3. Ut omnes & singuli testes nomen suum subscribant propria manu, & annulo seu sigillo obtinent. 4. Demum ut id totum in uno eodemque loco & tempore, & quocunque contextu peccatur. l. 21. Cod. de testam.

Ad nuncupatum requiritur solum, ut testator suam ultimam voluntatem tam circa hæredis institutionem, quam circa legata coram septem testibus, masculis, liberis, puberibus, & ad id vocatis, declaret distincta voce, ut possit audiri.

Quest. II. An testamentum descriptum solemnitate requisita a jure civili, validum est in conscientia?

Resp. Circa hoc multiplex est sententia. Prima docet, tale testamentum esse invalidum in utroque foro, ita ut hæres per illud institutus, & legatarius teneatur ante sententiam iudicis restituere hæredibus ab intestato. Secunda asserit, valere in conscientia, si ut hæres ab intestato non possint licite repetere hæreditatem vel legatum; & si adjudicetur ipsis a iudice, teneri ad restitutionem, si ipsi consiler de voluntate testatoris. Tertia, inter hæmeda, docet illud nullam parere obligationem civilem, sed solum naturalem, & quidem inhumanam, que per iudicem tolli possit, atque ita non esse omnino invalidum in foro conscientie, sed valere ad hoc, ut hæreditas vel legatum possit retineri in conscientia: donec a iudice adjudicetur hæredibus ab intestato: neque etiam omnino firmum, quia post sententiam iudicis relicta per illud restitui debent hæredibus ab intestato. Ita Sanchez, Layman, & alii, qui sic putant conciliari posse leges in speciem contrarias. Unde leges, que dicunt testamentum destrutum solemnitate pro infecto habendum, nullum esse, scilicet, inquit, per sententiam iudicis, qui ob defectum solemnitatis efficaciam ejus elidit.

Ego assentior iis, qui docent, hæc in re consulendum esse locorum consuetudinem, & proximi judiciorum, atque servandum id quod æquus iudex perfecta penitus veritate iudicaverit. Nam idem in utroque foro servandum est, ubi forum externum non nititur falsa præsumptione, nec damnat in prænam que iudicis sententiam requirit. Quare si iudex sententiam ob defectum solemnitatis, & hæreditatem ac legata prophana adjudicet hæredi ab intestato, ac ipsi debentur in conscientia ante sententiam. Quia sicut privati possunt apponere contractibus suis conditiones, quibus omittis nolunt valere contractum; ita princeps, vel republ. cui subditorum persone ac bona subiciuntur in ordine ad bonum commune, potuit propter fraudis periculum, & majorem dispositionis cautionem facere, ut contentus contrahentium ac dispositionum sine certa solemnitate esset de facto irritus; scilicet a jure constaret ex verbis legis, vel consuetudine & præxi iudiciorum, que est legum interpretis.

Nota. Testator teneatur hæres instituire in por-

tionis legitima descendentes, & his deficientibus ascendentes, nisi iustum exheredandi causam habeat: unde hi dicuntur hæres necessarii.

Quest. III. Quinam testari non possunt?

Resp. 1. Qui carent usu rationis, ut infantes, & perpetuo amentes. 2. Filiifamilias. Si tamen puberes sit, potest testari de bonis censurificis & quoad casibus ad quas causas; & de adventitiis ad suas causas; sed cum patris consensu, ex c. 4. de legalibus. in 6. 3. Servus. 4. Religiosi sollemniter professi. 5. Prodigii post interdictam administrationem. 6. Qui commierunt aliquod crimen, cui jure annexa est talis poena. & morte damnati. 7. Clerici de bonis censurificis, c. 9. de testam. in multis tamen locis consuetudo est contraria; sed semper tenetur de iis in pias causas disponere: nam juxta communem sententiam tenetur jure divino naturali ea bona toto vitæ tempore sic impendere. Quare nulla consuetudo, nec potestas humana potest eos excolare vel dispensare.

Quest. IV. Quid est Codicillus?

Resp. Est scriptura continens ultimæ voluntatis dispositionem circa ea, que quis vult fieri post mortem circa hæredis, seu legatarii universalis institutionem. Adhibetur ad legata, ac fideicommissa relinquenda, vel ad aliquod expiandum, aut mutandum circa testamentum. Ad ejus valorem sufficiunt quinque testes licet non rogati, nec requiruntur, ut testator manu propria subscribat.

Quest. V. Quanam notanda sunt circa legata?

Resp. Sequentia. 1. Legatum est ultima voluntatis dispositio, qua testator particulare donum ab hæreditate selectum directis verbis alioqui relinquit. Sumitur etiam pro ipso dono sic relicto.

2. Legata solvi debent ex iustitia statim post aditam hæreditatem; & hoc legatarius acquirit eorum dominium. Quare si executor testamenti negligat ea solvere, tenetur de damno inde securo, nam peccat contra proprium officium in damnum alterius; executor enim constituitur ad præstandum id omne, quod testator fieri voluit; qui autem peccat contra proprium officium ad alterius commodum spectans, peccat contra iustitiam. Similiter fit constitutus executor, testatur hæres: nam hæreditatem acceptando se obligavit implicite ad præstanda omnia ei annexa.

3. Legatum transmittitur ad hæredes legatarii, & legatum sub modo factum obligat ad modum illum observandum, si modus fit in utilitatem tertii, vel legantis. Quia tunc testator præsumitur voluisse ad eum obligare: scus dicunt, si modus fit in solam utilitatem legatarii, quia non præsumitur obligatio inducta, nisi aliunde colligatur, sed solum testator obligat ad modum implendum, aliquando obligare vult, non ita tamen, ut si non impletur, legatum revocetur, & restitui debeat, sed ut peccet legatarius contra iustitiam, si non observet. Aliquando vult, ut modo non observato res legata restituatur, vel cum fructibus perceptis, & sine illis. Que omnia pendent ex intentione testatoris, que arbitrio prudentis est ejus verbis, & aliis conjecturis ac circumstantiis colligenda est. Quando legatum restitutum est Ecclesie, vel pia causæ sub modo obligante, nisi aliud testator expresserit, non censetur voluisse, quod revocetur legatum, si modus non servetur, c. Petrus; de condition. appol.

3. Si legatum ad certam piam causam factum nequeat ei applicari, debet ab hærede dari in alteram piam causam impendendum iudicio Episcopi. Nam defunctus censetur in tali causa voluisse, ut alteri pia causa applicaretur, cum id æque sit gratum Deo, & utile ejus animæ. Episcopus vero ut interpres voluntatis defuncti, tunc habet jus legata pia ad alium piam usum destinandi, ex c. 3. & 17. de testam. Legatus vero restituit ad causam prophanam, si impleri nequit, restit ad heredem.

6. Quamvis testamentum ad causam non piam defectu solemnitatis esset invalidum in utroque foro, tamen legata pia in eo contenta valida sunt, & ea statim solvere tenetur hæres ab intestato, si consiler quoad illa de voluntate defuncti, ex c. 21. de testam. Tum quia ipsa pia legata sunt remedia vulgo ad testatoris salutem necessaria, & semper utilia, imo sæpe restitutiones ex iustitia debitz, & a consessario præscripte; Tum quia juxta leges Cæsareas legata etiam prophana restitua sine solemnitate requisita solvi debent, si consiler de voluntate defuncti, ex insid. De fideicom. & ex c. 4. de testam. In Gallia vero jure consuetudinario secundum communem Doctorum Gallorum sententiam hæres tenetur in conscientia solvere legata ad pias causas, quamvis in iis, vel in testamento præscripte solemnitates omnissie fuerint: scus si sint ad causas prophanas: Hinc quando hæres constat voluntatem testatoris esse, ut aliquod in causam piam distribuatur, licet id in foro externo probari nequeat, tenetur in conscientia solvere. Tunc enim probatione opus non est, dum de veritate constat.

Quest. VI. Quid est fideicommissum?

Resp. Est ultima voluntatis dispositio, qua testator fidei hæredis committit aliquod akeri tradendum. Duplex est, aliud universale, in quo tota hæreditas committitur danda alteri. Sed jus Cæsareum concedit fideicommissario quartam partem hæreditatis, quæ Trebellianica dicitur a jureconsulto Trebelliano; nec inimitur hæreditatem adierit.

Allud particulare, in quo tantum pars hæreditatis committitur danda alteri.

Quest. VII. An valeat in foro conscientie fideicommissum in favorem ejus, qui per legem non potest hæres vel legatarius institui?

Resp. 1. Testator peccat mortaliter ita disponendo, & etiam is, qui talis dispositionis executionem promittit, quia violat legem justam, que id graviter prohibet. Hinc S. Hier. epist. ad Nepotianum ait: Per fidei commissi legibus illudimus.

Resp. 2. Is qui per fideicommissum etiam occultum, hæreditatem aut legatum accepit tradendum persone, que per leges excluditur ab hæreditate, vel legato seu dono, puta filio spurio, vel uxori defuncti, ita ut non accipiat, nisi sub hac conditione sibi significata: non potest licite tale fideicommissum exequi, sed tenetur accepta restituere legitimis hæredibus ab intestato. Quia 1. aliqui ager contra intentionem & nem leges, & ipsam legem prohibentem; nec hæreditas vel legatum & donum talibus personis tradatur simpliciter, ideoque sine directe, live indirecte. Nam certum est, quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem, reg. 88. jur. in 6. Etiam quid una via prohibetur alicui, ad id aliam non debet admitti, reg. 84. jur. in 6. Jam vero quæ

Anoine Tbeol. Mor. Tom. II. P. II.

contra jus sunt, debent pro infectis haberi, reg. 64. jur. in 6. & leges justæ obligant in conscientia.

2. Tale fideicommissum est in fraudem legis, ejusque officium profus elidit, si liceret aut valeret. At frans & dolus alicui patrocinari non debent: ait Concil. gener. Lateran. IV. can. 46. Item persona, que per legem excluditur ab hæreditate vel legato, reipso bona accipere a principali testatore per alium tanquam instrumentum: a ter licet verat, hoc ipso quod illam excludit bonis defuncti. Ita Covar. Azor. assensu esse communem sententiam.

Legitur tale fideicommissum solum debet censeri tanquam si factum non fuisset, ac proinde bona defuncti per illud accepta pertineant ad hæres legitimis ab intestato. Nam qui accepit aliquid tradendum alteri, non potest illud sibi retinere, quia revera non est donatum fuit; neque potest tradere illis, qui per leges sunt incapaces illud accipiendi. Hinc Covar. & Azor. ex communi (ut ipse ait) sententia, docent, solum spiritum qui accepit bona patris per fideicommissum, vel alio modo, teneri ante omnem sententiam ea restituere legitimis hæredibus ab intestato venientibus, vel testamentum institutis, cum iusta lege eorum honorum capax non sit.

Porro in Gallia id omnino certum est: nam ibi, & forte etiam in multis aliis locis, quodvis fideicommissum jure saltem consuetudinario vim legis habente, & obligante in conscientia, reprobatum est, nullumque jus tribuit.

TRACTATUS DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

Quest. I. Quid est beneficium Ecclesiasticum?

Resp. Est jus perpetuum auctoritate Ecclesiæ constitutum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis propter officium spirituale.

Dicitur 1. Jus perpetuum: quia beneficium institutum est, ut semper duret, adeo ut si unquam auferatur, debeat tribui alteri. Hinc Vicaria amorabilis non est proprie Beneficium.

2. Auctoritate Ecclesiæ, hoc est, Pape, vel Episcopi, nam ad eos solos pertinet officia spiritualia instituire, & si que provetus annexerit. Hinc Caspellane non collative, sed a privati licet in perpetuum dotatz, pro Missarum celebratione, non sunt Beneficia.

3. Ex bonis Ecclesiasticis, id est Ecclesie ad Deum cultum donatis, ex quibus erecta sunt Beneficia, & ex quibus soli fructus debent beneficiariis; non autem laicis, qui tempore remanet Ecclesie causæ bona immobilia alienari non possunt sine iusta causa, & licentia Pape; alioqui alienatio ipso jure irrita est.

4. Propter officium spirituale, hoc est, ad functiones seu actiones alias spirituales obsequandas, quales sunt rectore Horas canonicas, facere sacrum, administrare Sacramenta, prædicare verbum Dei &c. Nam beneficium propter officium institutum est, & ad aliquam functionem spirituale obligat, ex Concil.

Trid. sess. 21. c. 3. & ult. de rescript. in 6. libi. Officium propter quod Beneficium Ecclesiasticum datur.

Quest. II. Quotplex est Beneficium? Resp. Dividitur 1. In Beneficium seculare, quod Clericis secularibus; & in regulare, quod Regularibus additum est; & confertur debet.

2. In simplex, & duplex. Simplex est illud, quod nullam habet adnexam curam animarum, jurisdictionem, preeminentiam, dignitatem, administrationem, sed solum obligationem recitandi officium divinum, & Missas celebrandi; ut Cappellania, simplex Canonatus, item Praefinitium, quod est portio ex ecclesiasticis proventibus detracta, que adolecentibus studiorum causa confertur in titulum perpetuum, habetque annexum officium spirituale. Duplex est illud, quod annexam habet curam animarum, vel jurisdictionem in foro externo, vel preeminentiam, vel administrationem Ecclesiasticam, ut Episcopatus, Parochiale Beneficium, Abbatia, Presbiteria, Cantoria &c.

3. In manuale, quod potest ad collatoris nutum auferri, ideoque deficit a proprietate Beneficii defuncti perpetuitatis; & in manuale, quod adini nequit, nisi ob crimen, vel irregularitatem.

4. In collativum, quod confertur per voluntatem absolutam ac liberam Praelati; in patronatum, quod confertur a Praelato ad presentationem vel nominationem factam per patronum; & electivum, quod per suffragia electorum, accedente postea confirmatione, confertur.

5. In titulare, quod scilicet ad vitam, & cum plenitudine Juris confertur; & in commendatum, quod solius administrationis, aut custodis causa datur. Quod si detur in vitam commendatarii, tunc omnia fere jura eis competunt, que titularibus. Unde commenda perpetua aequivalet Beneficio in titulum dato.

6. In incompatibilia, & compatibilia. Incompatibilia sunt ea, que annexam habent curam animarum; vel que personalem residentiam postulant, ut sunt duo Episcopatus, duo curata Beneficia, duae dignitates &c. vel que in eadem Ecclesia instituta sunt ad eundem finem, habentque idem omnia ac officium eodem tempore perfolvendum; qualia sunt duo Beneficia uniformia sub eodem recto, ut duo Canonatus in eadem Ecclesia. Compatibilia vero sunt ea, que personalem residentiam non exigunt, nec idem omnia ac officium eodem tempore perfolvendum.

Quest. III. Quis modis acquiruntur Beneficia? Resp. Prima regula juris in 6. sic habet: Beneficium Ecclesiasticum non potest licite (subintelligit etiam, nec valide) sine institutione canonica obiri neri. Institutionis autem canonice diversi sunt modi, nempe sex, quibus beneficia acquiruntur, nimirum. 1. Collatione libera. 2. Presentatione, & subsecuta institutione. 3. Electione, & subsequente confirmatione. 4. Postulatione, & subsequente institutione. 5. Relegatione accepta in favorem. 6. Permutatione approbata. Sex illis modis addi potest in modum, sola electione jus habentium absque alia confirmatione, & tunc dicuntur Beneficia electiva collativa, alia autem confirmativa.

Observanda est hic regula Cancellarie de trienniali possessore, que sic habet: *Valuit ordinavit idem Dominus nosse, ut si quis quocumque Beneficia ecclesiastica, quallacumque sint, absque simonia*

ingressu, ex Apostolica, aut ordinaria collatione, aut electione per vicium pacifice possederit, si se non intruserit, super bujusmodi beneficiis molestari nequeat; necnon imperationes de beneficiis sic possessis justas, irritas & inanes censeri decernit. Valet autem in utroque foro ex *Clement. de rescript.* quia Papa supplere id, quod deest ex iusto titulo, censeturque, illud inter se conferre. Sed ad hoc requiritur titulus saltem coloratus, & capacitas possessoris, alioqui haberetur pro intruso. Quod si provisorius haberetur impedimentum sibi cognitum, cum ei collatum est Beneficium, v. g. defectum etatis, censuram &c. tum non ei prodest istius regulae praesidium, nisi titulum coloratum haberit, quia non possidet bona fide.

§. I. De libera collatione.

1. Collatio libera est concessio juris realis in Beneficio, procedens ex merito arbitrio conferentis. Dicitur libera, ut distinguatur ab institutione & confirmatione, que sunt quidem collationes, seu concessioniones juris, sed non liberae: nam tenetur Praelatus presentiarum a patrono, & eodum suffragis electorum instituire, nisi obtest Indignitas Praesentati, vel electi, quae probetur juridice.

2. Jure communi Episcopus habet potestatem conferendi Beneficia in Diocesi sua vacante, cum in ea sit princeps & moderator sacrorum. Hanc habere possunt etiam alii inferiores, ut Capitulum, Abbatem. Si collator Beneficii illud conferre neglexerit intra sex menses a die, quo notitiam vacationis habuit, vel si intra illud tempus indigno contulerit, collatio jure devolutionis pertinet ad proximum superiorem, & sic gradatim ad Papam, a quo non regreditur ad Ordinarios.

3. Licet debeat conferri Beneficium sine pacto, vel conditione, Episcopus tamen post exigere conditiones, que ex natura rei insunt: cum enim exigatur tacite, possunt quoque exigi expressa.

§. II. De presentatione, & jure Patronatus.

Presentatione ex exhibitio personae cujusdam ad Beneficium, legitime facta per patronum superiorem, ad quem pertinet institutio, que est concessio juris realis in Beneficio facta ad presentationem patroni. Presentatio vero potest fieri etiam per laicos, si jus patronatus habeant: nam presentatio non dat jus in re, sed solum ex dispositione canonum dat jus ad rem, ita ut presentatus institui debeat a praelato, nisi probetur indignus.

Jus Patronatus est potestas presentandi Clericum ad Beneficium vacans. Dico, vacans: nam si non vacet, irrita est presentatio, eo quod fit contra bonos mores upote prebens desideranda mortis occasionem. Et ob hanc causam prohibita est promissio Beneficii antequam vacet, cap. 21. de concess. praebend. ex Concil. gener. Lat. III. Quod si fiat, nulla est promissio, sicut provisorio inde obtenta, ex reg. 21. Cancell.

Pluribus modis hoc jus acquiruntur. 1. Fundatione, hoc est donatione soli, sine aere ad superaddendam Ecclesiam. 2. Ipsa Ecclesiae dedicatione. 3. Donatione Ecclesiae, assignatis sufficientibus redditibus. Unde possunt esse plures ejusdem Beneficii patroni.

4. Prescriptione, scilicet multiplicatis presentationibus per tempus immemorabile. 5. Concessione Papae.

Jus Patronatus dividitur, in Ecclesiasticum, quod aliqui competit ratione beneficii a se possessi, aut ex eo quod de bonis Ecclesiasticis Beneficium fundatum vel dotatum: & in Laicum, quod alicui competit ex eo quod ipse vel aliquis a suis predecessoribus Ecclesiam fundavit, vel extruxit; vel dotavit.

Patrono Laico conceditur ad presentationem quatuor menses a notitia vacationis Beneficii: sex vero Ecclesiastico. Si intra id tempus patronus non presentaverit, tunc potest Episcopus Beneficium, cui voluerit, conferre, c. 21. de Jure Patron. Quod si duo plures patroni diversas personas nominent, & sint aequalia horum suffragia, potest superior quam illarum malorum suffragia, sed tenetur semper in conscientia digniorem praesere. Si vero plures patroni in unum consentiant, aliis dissentientibus, praesertur sententia majoris partis, c. 3. de Jure Patron. Quod si absque scandalo fieri nequit, Episcopus pro suo arbitrio aliquam, etiam a nullo presentatum, substituire potest. Ibid. Item si patronus laicus duos successivè presentet ante institutionem, tunc potest Episcopus alterutrum pro arbitrio instituire, sed debet digniorem. Secus, de patrono ecclesiastico: nam prior ab ipso presentatus debet institui, c. 24. de Jure Patron. si fuerit dignior; alias neuter, quia jus suo pro hac vice exidit. Ratio disparitatis est, quia patronus ecclesiasticus praesentatur modestiorem, quem proinde statim nominare debet, si qui presentatur non satis nolle digniorem, ideoque plures cumulativè presentare potest.

Circa presentationem a Patrono Ecclesiastico faciendam ad Parochiales Ecclesias, S. M. Benedictus XIV. Constitutione, que incipit *Reddito nobis*, que tria ab Archiepiscopo Florentino proposita dubia resolvitur, statuit: Primo, Patronum Ecclesiasticum ad Beneficium curatum presentare debere eum, qui magis idoneus, magisque dignus est inter approbatos ab Examinatoribus. Secundo: Si inter examinatos nullus sit, qui de iudicio queratur, debere Episcopum presentato Beneficium conferre, nec in Patroni iudicium inquirere; si vero aliquis ex concurrentibus iudicio illi minime acquiescat, posse Episcopum, antequam institutionem concedat, in Patroni iudicium inquirere. Tertio: Si is, qui se digniore non existimat, & posthabitus est, appellationem inter, admittendum esse tantum in devolutivo, ut non retardare possessionem presentari, si iudicium Episcopi cum Patroni iudicio, conveniat; si vero in ferendo iudicio de magis digno, sententia Episcopi, & Patroni Ecclesiastici minime concordant, non si quis ex approbatis ab Examinatoribus, & tamquam magis dignus praefectus est a Patrono, partes se gravatum esse ab Episcopo neque ejus iudicio acquiescere vult, & ideo provocat: eius appellationem ad suspensionem effectum operari debet, & Ecclesiam Parochialem sub Oeconomo remanere, donec lis finiatur.

Patronatus non potest testium presentare, c. 25. de Jure Patron. debet potest filium suum, si idoneus sit. Episcopus tamen potest patrono Beneficium motu proprio conferre. Si patronus laicus praesentet indignum, jubetur alium dignum presentare: si Ecclesiasticus, privatur hac vice jure presentandi.

§. III. De Electione, Postulatione, & Confirmatione.

Electio est designatio personae capacis ad praesentiam vel Beneficium vacans, facta per suffragia. Per eam acquiritur jus ad Beneficium: nam jus in Beneficio, sola confirmatione obtinetur; quare si quis absque confirmatione immiscet se administrationi Beneficii, censetur intrusus, & amittit jus, quod erat per electionem consecutus, cap. 5. de elect. in 6.

Electio ex Concil. gener. Later. IV. c. 24. triplici modo fieri potest, vel per scrutinium, cum quilibet eligentium suffragium suum fecerit tradit: vel per compromissum, cum eligenti potestas in unum, vel plures communi eligentium consensu transferatur: vel per inspirationem, cum eligentes subito quodam motu in unum communiter consentiant.

Ut electio valeat, haec requiruntur. 1. Ut omnes eligentes sint saltem Subdiaconi, si agatur de electione virorum: nam ex *Clement. 1. de stat. & Concil. Trid. sess. 24. c. 4.* nemo forendi suffragium esse habet, nisi sit saltem Subdiaconus. 2. Ut vocentur omnes, qui eligendi jus habent. Non obstat tamen, si aliquis de capitulo vocatus venire non poterit, vel negaverit, c. 28. de elect. 3. Ut eligatur is, in quem omnes, vel major, vel sanior Capituli pars consensit, ex *Conc. Later. IV. c. 24.* Pars autem sanior esse intelligitur, que in electione omnes regulas canonum servat: minus sana, que non servat.

Postulatio est facta ab electoribus Superiori obsecratio, ut ad vacans Beneficium vel dignitatem admittere velit aliquem, qui eligi non poterat ob impedimentum canonium, quod non est vitium corporis, aut animae.

Confirmatio est concessio juris in Beneficio facta a Superiore ei, qui electus vel postulatus est. Unde non differt ab institutione, nisi quod haec non presentatur, illa vero electum, vel postulatum. Porro electus debet, secluso impedimento, intra tres menses a notitia electionis acceptata petere confirmationem, alioqui electio est irrita, c. 6. de elect. in 6.

§. IV. De Relegationione.

Relegatio est spontanea dimissio sui Beneficii facta coram legitimo Superiore eum acceptante, scilicet Papa vel Episcopo. Duplex est, altera simplex, seu sine ulla apposita conditione, & haec non potest coram eo, cujus est conferre Beneficium, & instituire; altera conditionalis, que fit cum aliqua conditione, & haec iterum duplex est: nam si fiat ex conditione, ut Beneficium alteri designato conferatur, dicitur relegatio in favorem: si fiat ea lege, ut resignans a relegato aliquid Beneficium accipiat, est permutatio. Sed operum pretium est scire que requirantur, ut relegatio sit valida, & licita. Quare.

Dico 1. Ut relegatio in favorem, vel sub onere pensionis sit valida, requiratur, 1. Ut Beneficium sit Relegatio; nam Relegatio est sui juris cessio. Quod si resignans committit delictum, eo quod certo privabitur beneficio, modo non teneatur illud dimittere: ante sententiam iudicis, Relegatio ante illam.

illam facta valeat, sed potest irritari. 2. Ut sit spontanea, hoc est, nec metu iniusto, nec vi, nec dolo extorta; aliquoties est nulla, vel certe annullanda, c. 4. de iis quos, *metuque causa sunt*, & c. 5. de renunt. & Clem. 2. de Penit. 3. Ut in manus Papæ fiat, & in iure prohibetur Resignatio in favorem, can. *Plerique*. 8. q. 1. & omnis pactio in Beneficiis iure communi prohibetur, ne scilicet ius hereditarium successioni in Ecclesiam introducatur, ne sit locus acceptioi personarum, & ne libertas conferendi collatoribus adimatur. 4. Requiritur consensus patris laici, si Beneficium fuerit patronatum: 5. Debet acceptari a Papa; aliquot resignans non perdit jus suum, c. ult. de renunt. 6. Debet conferri Beneficium ei; in cuius favorem resignatum est, non alteri, nec aliter, aliquot provisio non valet, quia fieret sine Beneficii vacatione; non enim tunc vacat per resignationem, cum hæc habeat hæc conditionem, siue qua possessor non intendit resignare. 7. Debet acceptari ab eo, in cuius favorem resignatur; aliquot resignans non amittit jus suum, cum non resignet nisi sub hac conditione. Porro resignans etiam post acceptationem Superioris manet filii Beneficii possessor, donec Resignatus possessionem acceperit. 8. Si Resignans sit infirmus, debet supervivere viginti dies post Resignationem: alias censetur Beneficium vacare per obitum, non per Resignationem, ac proinde omnis collatio vi illius facta irrita est. Ita Regula Cancellariæ de Infirmis. 9. Resignatio facta in Curia Romana debet intra sex menses, a die supplicationis oblate computandos, publicari in loco Beneficii. Si autem fiat causa permutationis extra Curiam, debet publicari intra mensem; aliquot si resignans moriatur antequam resignatus ceperit possessionem, Beneficium censetur vacare per obitum, & collatio facta resolvitur. Ita Regula Cancellariæ. In Gallia tempus sex mensium, aut unius mensis computatur a die admissæ Resignationis: & hæc tempus potest a Papa prorogari ad partem petitionem.

Dico 2. Ut Resignatio etiam simplex sit licita, debet fieri ex iusta causa bonum Ecclesie, vel spirituales Resignantis utilitatem spectata. Nam Clerici præsertim beneficiarii ratione sui status debent gloriæ Dei, & utilitati Ecclesie inservire; & proinde non eis licet sine causa iusta deponere curas spectantes ad Beneficia, quæ susceperunt. Unde S. Pius V. Constit. 58. prohibet Episcopis & aliis, ne admittant Resignationes, nisi eorum, qui aut senio confecti, aut valedicunt, aut corpore impediti, vel vitiosi, aut crimini obnoxii, censuris ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesie vel Beneficio inservire; seu qui unum aliud vel plura Beneficia obtulerint, vel quos ad aliud contigerit promoveri. Hinc addere juvat vulgarem veritum resignandi causas complectentem.

Debiti, ignarus, male conscientis, irregularis. Quum mala plebs edit, dans scandala, cedere possit.

Dico 3. Ut Resignatio in favorem sit licita, debet insuper fieri ob utilitatem Ecclesie, quia scilicet aliet iudicari apud. Nam si Resignatio vel permutatio fiat ob consanguinitatem, vel ex alio affectu carnali, est illicita; si vero fiat pro aliquo commodo temporali utriusque vel alterius, est illicita.

Porro iure communi non licet in periculo mortis resignare Beneficium sub conditione tacite regressivæ, si convalescat eger, ex Concil. Trid. sess. 23. c. 7. ibi: *Cum in Beneficiis ecclesiasticis ea, quæ hereditaria successioni imaginem referunt, sacris constitutionibus sint odiosa, & Patrum decretis contraria, nemini impotenter accessus, aut regressus, etiam de consensu, ad Beneficium ecclesiasticum cuiusquamque qualitatis concedatur.* Etex Bulla 124. Pii V. In Gallia tamen ei, qui in morbo gravi constitutus resignaverit coram Ordinario, permittitur regressus recuperata valetudine.

Dico 4. Ut Resignatio, vel permutatio cum reservatione pensionis sit licita, præter consentum Papæ & resignatarii requiritur causa iusta, quæ est indignitas resignantis. Nam non est alia iusta causa dispensandi a lege generali hæc reservationem vacante ob rationem allatam a Congregatione Cardinalium ad reformationem Ecclesie deputatorum a Paulo II. scilicet, *quia reditus sunt annexi Beneficio ut corpus anime, ideoque natura sua permanent ad eum, qui Beneficium habet, ut possit ex eis vivere honeste pro suo ordine: sive quæ sit sustinere impensas pro divinis cultus, & templi sacrarumque adium reparatione, ut quod reliquum est, impendat in pios usus. Hæc est enim natura horum reddituum.* Et vero ipsa Resignatio Beneficii non est causa iusta pensionis exigenda, cum jus percipiendi fructus fundetur in officio, quod resignans dimittit, & transferit in alium. Ratione autem officii patenti nil potest exigere, cum propter illud iam reditus percipiat.

¶ Nota. Vid. Const. Beneficii XIV. incipiens *In sublimi beati Petri Cathedra* &c. editam 4. Kal. Septemb. 1744. tom. 1. p. 71. in qua Resignationes Beneficiorum cum reservatione pensionis, & pacto eam cassandi per anticipatas, vel anticipandas solutiones, damnantur, & annullantur, ad hæc pena privationis beneficii, inhabitationis ad alia assignanda, & restitutionis pecunie pro cassatione pensionis perceptæ, & irritantur cassationes, & extinctiones pensionum intra sex menses a capta possessione beneficii, ac etiam sessiones commodi exigendi pensiones intra sex menses a capta possessione. ¶

S. V. De Permutatione.

Permutatio hic est beneficiatis facta beneficii sui in manibus ordinarii mutua resignatio eæ lege, quod alterius Beneficium alteri conferatur, & vicissim. Si permutanda Beneficia in diversis Diocæbus sita sint, requiritur auctoritas utriusque Episcopi. Si autem permutatio fiat cum adiectione oneris, vel pensionis, requiritur auctoritas Papæ; quia Beneficia conferri debent sine diminutione, & onere, quod iis iure non inest. Quod si Beneficia sunt inæqualia quoad dignitatem, vel jurisdictionem, est simonia juris divini hæc inæqualitatem compensare per aliquid temporale: quia hæc dignitas & iudicium est quid spirituale; & res spirituales æstimantur & compensantur re temporali. Si vero sint inæqualia quoad fructus, Papa potest ad inæqualitatem compensandam imponere pensionem Beneficio parviori, tamquam conditionem, ut alter incantans servetur.

Ad

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

Ad permutationem eadem requiruntur, quæ supra de resignatione dicta sunt. Quare Beneficia nequeunt aliis quam permutantibus conferri: aliquot invalida erit eorum collatio; quia permutantes non intendunt resignare mutuo Beneficia, nisi ut sibi conferantur. Quod si permutatio facta Beneficium comprehendat subiectum litæ; qui illud resignavit debet litem proficui, si evictum fuerit, alter redibit ad suam sine nova provisione, & sine nova in possessionem immisitio, exc. 20. de prebend. in 6.

Ut permutatio licite fiat, requiritur iusta causa, scilicet utilitas Ecclesie, seu maior Dei cultus, & maior animarum bonum, vel utilitas spiritualis permutantium, quatenus hic in illo Beneficio, & alter in alio melius potest Deo servire, ex c. 3. de rebus permitt. Ita S. Thom. in 4. dist. 25. q. 3. ar. 2. ad 8. ibi: *In permutatione est simonia, si pro aliquo terreno commodo utriusque, vel alterius, talis commutatio fiat. Si autem pro aliquo spirituali, sapote quia hic in illo loco melius possit Deo servire, non est simonia.*

Quæst. IV. Quænam conditiones seu dotes requiruntur, ut quis sit capax Beneficii possidendi?

Resp. Ex communi sententia sunt sequentes, 1. Torus legitimus: nam illegitime nati, siue naturales, siue spurii, sunt incapaces Beneficii ob irregularitatem, a qua solus Papa dispensare potest ad omnes ordines & omnia Beneficia: Episcopus vero non nisi ad tonsuram, minores ordines, & Beneficium simplex, c. 1. de filiis presb. in 6. c. 20. de electione.

2. Clericus sine prima tonsura; sine qua irrita est capivis Beneficii collatio, ex c. 6. de transact. & c. 2. de institut. Ratio est; quia Beneficium fundatur in officio spirituali, & propter illud conferitur: cuius quidem officii incapax est laicus; si Beneficium accipit sine institutione vel lege ad conferendum requirit certum Ordinem sacrum, carens illo Ordine est infidus inhabilis, c. 22. de elect. ex consuetudine tamen satis est, si intra annum suscipiatur hic ordo: sed non debet ultra differri: ex Clem. de etat. de elect. & Conc. Trid. sess. 23. c. 4.

3. Etas idonea, c. 6. de elect. aliquot collatio est nulla. Hæc autem aetate requiritur pro varietate Beneficiorum. Ad Episcopatum requiruntur triginta anni completi, ex cap. citato. In Gallia sufficit inchoatus annus 27. ex Concordat. Ad Abbatias, dignitates, & parochialia Beneficia annus 25. inchoatus exigitur, ibid. & a Conc. Trid. sess. 24. cap. 23. Tamen ad dignitates non habentes curam curam animarum sufficit annus 22. completus, ex Conc. Trid. ib. Ad Beneficia simplicia, ut sunt Cappellanæ, annus 14. inchoatus requiritur a Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. Ad Canonatum Ecclesie Cathedralis iure novo requiritur annus 22. quia antecessum habet subdiaconatum. Ex consuetudine tamen statim habent tantum annus 14.

4. Celibatus; ita ut si clericus minorum ordinum inest matrimonio, ipso iure amittat Beneficium, si quod habet. Ita committitur ex c. 3. §. 5. & 3. de cleric. conjug. Et conjugatus ad Beneficia aditus non debet, nisi forte castitatem covoverit perpetuam. Et qui unicum & virginem habuisset uxorem, ut dicitur c. 2. de cleric. conjug.

5. Immunitas a censura & irregularitate etiam oo-

culta; ita ut nulla sit non solum ecclesiæ Beneficii facta excommunicatio, suspensio, vel irregularitas; sed etiam ejusdem ecclesiæ, presbiterio, & resignatio ius ejus favorem, ex c. 7. de cler. excomm. c. 8. de etat. & cap. ult. de cler. pugnant. & c. 18. de sent. excomm. in 6.

6. Morum probitas, c. 7. de elect. & Conc. Trid. sess. 23. c. 7. Et ratio ipsa dicitur Dei & Ecclesie militibus maxime debere esse virtutibus ornatos; cum alios exemplis; monitis & precibus debeant in pietate promoveri. Improbis tamen facta collatio non est ipso iure irrita, sed irritanda, nisi crimen annexum habeat censuram, vel irregularitatem, c. 21. de excess. prelat.

7. Scientia, ac scilicet que ad omnia munia Beneficiorum annexa recte obanda requiritur, c. 8. de elect. ex Conc. Gener. Later. III. & ex Conc. Trid. Et per se patet, cum propter illa recte persequenda institutum & datum sit Beneficium.

8. Corporis spiritudo, ac nempe que ad officium decenter præstandum necessaria est. Hinc cæcus, mutus, ius incapaces Beneficii, cum horis recitare nequeant. Cæcitas tamen superveniens non privat Beneficium prius acquisito.

9. Vocatio divina, ex Hebr. 5. Nam ad Deum pertinet ministris suos eligere per vocationem; & aliquot qui se exponit periculo damnationis æternæ, cum hic status gravissimus multique obligatio- nibus sit obnoxius.

10. Sarcinis perseverantibus in statu ecclesiastico, & suscipiendis ordinem mutari sine necessarium, nisi occurrat postea iusta causa, que alium statum fuerit. Nam ecclesiastica Beneficia inflantur sum pro iis dumtaxat, qui statuerint se ministerio Ecclesie dedicare; & Beneficia in re gravi deiciunt, qui sine prædicta intentione Beneficia suscipiunt. Quare qui Beneficium accipit animo ejus fructibus fruendi, donec uxorem convenientem inveniret, vel studia absolverit, vel alii resignandi, secundum communem sententiam, teste Lessio, peccat mortaliter; quia Ecclesiam decipit in re gravi: Beneficia quippe instituta sunt pro iis solis, qui divino servitio se penitus dicantur. *Nec est absolvendus donec animam mutet, aut Beneficium dimittat,* ait Toletus. Multi tamen docent, hunc non teneri ad restituendos fructus perceptos, si muneri suo satisfecerit; quia jus hic nunquam statuerit, nisi de Beneficio parochiali suscepto sine animo recipiendi sacerdotium intra annum; & aliunde eos percipit cum substituto, & per solito officio propter quod dantur.

Ademptum autem Beneficium curatum debet iura annum sacerdotum suscipere; aliquot nisi iusta causa impediens fuerit, Beneficio illo privatur ipso facto, c. 23. de elect. in 6. Qui vero acceptat parochiam sine animo recipiendi sacerdotium intra annum, peccat mortaliter, & teneat restituere fructus etiam ante omnem sententiam, nisi mutata voluntate illud recipiat, ibid. quia Ecclesia Beneficium curatum confert cum tali onere, & sub tali conditione. Item qui Beneficium simplex requirit ordinem sacrum admittit sine animo curæ illum recipiendi, peccat mortaliter; quia quisque tenetur de jure naturali vel esse idoneus ad munus, quod suscipit, & respice se idoneum ad illud rito & cum onere annexo exercendum præbere.

Præterea Dei gloria, animarum salus, & propria perfo-

ta ratio dicitur non posse censeri ei, qui dotibus ad omnes eius functiones digne obeundas requisitus caret, vel non putatur prudenter illi officio satisfacturus. 3. Tails promotio cedit in grave damnatum injulium Ecclesie: quod proinde secundum omnes conpantari debet ab ipso indigno, qui procuravit fibi & accipit Beneficium, & post hunc ab eo qui providit, deinde a cooperantibus: nam Ecclesie ex iustitia debetur minister dignus.

Hinc collatur, et hoc, vel patronus debet possive scire, cum cui Beneficium datum esse dignum: nec sufficit, si nesciat esse indignum. Quia ex officio tenetur eligere vel presentare dignum, ideoque nescire eum, quem presentat vel eligit, talem esse, unde tenetur diligenter inquirere num sit idoneus: aliqui se exponit periculo presentandi vel eligendi indignum, & proinde peccandi mortaliter.

Nota. Juxta omnes, teste Delugo, eligere indignum seu ineptum ad officia secularia, est semper mortale, tum contra caritatem, cum ex electione indigni multa mala in rebus, multis oriuntur: tum contra iustitiam; nam reip. rector tenetur ex officio reip. mala praeavere & avertere, & proinde multo magis non ponere illorum causam, & occasionem: aliqui tenetur ad restitutionem. Quod verum est etiam de aliis, qui potestatem a principe accipiunt eligendi vel vendendi illa officia: nam non accipiunt potestatem eligendi, nisi eo modo, quo principes eligere debet.

Resp. 2. Ad Beneficium annexam habens curam animarum, vel jurisdictionem, vel functionem ma-

gni momenti, ut confectionandi, docendi &c. Item ad superioritatem religionum eligere, postulare, proponere, aut presentare dignum, omnino digniore, ex communi sententia est mortale (1). Prob. 1. Ex Concil. Later. III. c. 17. ubi precipit, ut ille praeficiatur Ecclesie, qui majoribus juretur meritis, & ex Conc. Trid. sess. 24. c. 1. ubi declarat, omnes singulos, qui ad promotionem praeficiendorum quocumque sui habent, aut aliquam operam suam praestant... mortaliter peccare, nisi quos digniores & Ecclesie magis utiles ipsi iudicaverint eorum exceptis meritis, praefici diligenter curaverint. Et quamvis ibi loquatur de Episcopopatibus, tamen idem sententia de Parochiis patet, ex cap. 18. ubi precipit, ut Parochie dunt dignioribus, & dicit patronum teneri digniorem ad eas presentare. Unde S. Plus V. constit. 33. ait: Ut non solum digni, sed etiam magis idoneis reperitis iuxta Conc. Trid. decreta parochiales Ecclesie conferantur, volumus & eadem auctoritate decernimus. Ex Innoc. XI. damnavit hanc propositionem. Cum dixit Conc. Trid. eos alteri peccatis communicantes peccare mortaliter, qui nisi quos digniores, vel Ecclesie magis utiles ipsi iudicaverint ad Ecclesias promoverint. Concilium vel i. videtur per hos digniores, non aliud significare velle nisi digniores eligendorum, sumpto comparativo pro positivo, vel 2. locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos; vel tandem loquitur 3. quando fit comparatio. 2. Ex S. August. epist. 29. Nec sane putandum est leve esse peccatum in personarum acceptio-

(1) Secunda hoc thesisi passim a DD. adserta ut legitimo sematur sensu, sex sunt animadvertenda. Primo complectitur rationem dignioris explicitam in Noxa praeced. ejus scilicet, qui non simpliciter, sed respectu alicujus particularis beneficii, aut officii capessendi reputatur magis idoneus. Secundo designat notabiliter digniorem. Ubi namque permodicum est excessus dignitatis in eo, qui praetermissus, tunc ob materia paritatem gravi culpa non videtur adesse. Tertio ad curata beneficia tum superiora, tum inferiora peraeque extenditur, puta ad Episcopale, & Parochiale minus, atque ad reliqua utrinque generis. Quod facile constabit legitimi simulque consentanei duplex cap. 1. & 28. sess. 24. de reform. Synodi Tridentinae. Quarto casum omnem comprehendit, in quo sollicit eadem beneficia conferantur seu per concurrem, seu extra concurrem. Hoc enim plane constitutum est ex mox dictis, nec non ex damnatione propositionis 47. Cum dixit Concilium Trident. &c. inter eas, quas Innoc. XI. proscripsit. Quinto non respicit validam, sed tantummodo licitam beneficiorum collationem, ut proinde licet locum habeat commune juris peritiorum adaugmum multa facta tenent, que fieri prohibentur. Postremo assignat Anglicana (2. v. 63. art. 2.) Quamvis ad hoc, quod electio impugnetur non possit in foro judiciali, sufficit eligere bonum, nec oportet eligere meliorem; quia sic omnis electio potest haberi eamdem. Hinc disparitas elicitur inter beneficiorum, ac presentem thes. electio autem minus digni vel digniore voluit habet in utroque

foro. Sexto demum ob identitatem rationum intelligendam etiam de Praelaturis Regularibus animarum regimen adnexum habentibus. Epsi namque aut perpetuae non sunt, aut ad ipsas promissio possunt removeri, merito tamen Ecclesiastici beneficii accipiuntur, cum amplitudine saltem perpetuae sint, uti Barbosa (par. 2. Jur. Eccles. lib. 3. c. 4.) inter ceteros notavit. Quod si bic obiter querat, quinam in Regularium Praelatorum electionibus reputari debeat dignior, Cl. P. Franciscus Hennus (tr. 3. de Statu Religio. disp. unic. qu. 21.) talem esse dicit illum, in quo sequentia reperitur. 1. Major humilitas, & minor ad praelaturas ambitio. 2. Major erga Fratres caritas, minor ad amicitias particularis propositio. 3. Major Deo, & bono communi adhaesio, minor ibi sulse commoditatis additio. 4. Pro conservanda Religione, ejusque illustrata in virili observantia ferventis zelus ferventis, ab exercitiis communibus officii divini, Meditationis, Capituli, Recloriorum &c. relaxato minor: 5. Major in tractandis Provincis, aut Conveniis negotiis scientia, prudentia, discretitas, minor in frequentandis secularibus inclinatione, & voluntas. 6. Major in fovendis & promovendis honestioribus subditis integritas, minor in sustinendis imperfectiorum adulationibus, & vitii corruptela. Hae omnia fi in uno eodemque repererit, Praelaturae digniorem creditis fin minus illum quem ad hac magis appropriaverit existimaverit; idque seculata propria, affectu, patria, preventionis, interesse propria &c. ita ut non te, sed Deum, non bonum particulare, sed commune respicias.

... qui enim ferat eligi dicitur ad fidem honoris Ecclesie, contempto paupere infirmitate, atque sanctorum? 3. Quia electores, patroni, collatores tenentur graviter ex officio & sine debita Ecclesie distribuire officia & beneficia, sicut bonum Ecclesie & animarum, ad quod iustitia sua, exigat, & utilitatem Ecclesie ac cultum divinum, quantum possunt, pro munere suo promovere, quod non praestant eligendo minus dignos: nam notabilis fructu, per digniores praestando, Ecclesias defraudant; ino causam dant gravi detrimento spirituali, quod semper sequitur ex praesertione minus digni, & quod impeditur a digniore. 4. Quia est peccatum acceptio personarum in re gravi, de quo, Jac. 2. Si personam accipitis, peccatum operamini. Nam hoc peccatum consistit in eo quod in iure dicendo, ut honorum communium distributione, id quod debitum est uni propter aliquam causam, v. gr. equitatem, virtutem, merium, doctrinam &c. datur alteri inuita alicujus causae, v. gr. amicitiae, consanguinitatis, munerum &c. ob quam non debetur. Si vero acceptio personarum est peccatum, quo in distributione honorum & onerum, non causae ad rem pertinentes, sed personae aliarumve causarum ad rem non pertinentium ratio habetur. Unde tunc violatur iustitia distributiva Beneficiorum, cum non attendatur qualitas praestans ad causam, ob quam dari debent: quae causa est dare Ecclesie optimos ministros. Hinc Vaffa, ait, nullum dubitare esse mortale eligere minus dignum in Beneficio annexam habente curam animarum.

Ob eadem rationes, ex communi sententia, officia secularia magni momenti conferre debent sub

mortali magis idoneis; nam id exigit bonum commune: & si omitterent digniores, magnum detrimentum patitur republica.

Resp. 1. Electores, patroni, collatores tenentur graviter curare, ut dignioribus Beneficia etiam simplicia conferant. Est communis (1) sententia. Prob. Ex cap. unic. Ut Eccles. benef. ubi Innoc. III. de Beneficio non curato loquens ait; Non ex affectu officii, sed discreto iudicio debujit ecclesiasticam avaritiam & Beneficium in persona magis idonea dispensare. 2. Ex SS. Patribus, & ex S. Tho. qui 2. 2. qu. 63. art. 1. generaliter & indistincte docet committi acceptio personarum in Beneficiis, si non dentur dignioribus. Et ad 3. ait: Ut electio impugnetur non possit in foro judiciali, sufficit eligere bonum, nec oportet eligere meliorem, quia sic omnis electio habere potest calumniam. Sed quantum ad conscientiam eligentis, necesse est eligere meliorem vel simpliciter, vel in comparatione ad bonum commune. 3. Quia Beneficia primario iustitia sunt ad maiorem Dei cultum & Ecclesiae utilitatem: secundario autem ut sunt praemia virtutum, quibus digniores in Ecclesia honorantur, & juvantur. At uterque finis impeditur, si minus digni praeficiantur. 4. Omittere digniores agit in re gravi contra fidelitatem ex officio debitam Ecclesie: nam Ecclesia talibus committit facultatem providendi de beneficio ea lege, ut utantur tamquam fideles dispensatores secundum finem ab Ecclesia in Beneficiorum institutione intentos: quod est aliquid grave. Et vero ad bonum Ecclesiae multum interest, ut divina officia decentissime & devotissime celebrentur. At violare in re gravi fidem ex officio debitam est mortale. 5.

Ob eadem rationes, ex communi sententia, officia secularia magni momenti conferre debent sub

(1) Dum Auctor tertiam istam thesisi de gravi obligatione eligendi digniorem, etiam ad simplicia beneficia, asserit communi sententia muniam, non nisi magis communem voluisse pro more suo designare ex progressu sermonis colligitur, atque aliunde etiam constat. Nam ex Sylvio (qu. 4. concl. 5. ad 2. qu. 63. art. 2.) In promotione ad Beneficia vel Officia Ecclesiastica, quae simplicia sunt, ita ut neque animarum curam habeant adnexam, neque ad gubernationem aliquam spirituales, bonis Auctoribus non videtur mortale peccatum praetermissio digniore promovere dignum: cuiusmodi sane sunt B. Angelus de Clavasio, Gabriel Biel, Petrus Navarra, Guittieres, Vega, Garzia, ut plures alios recentiores veterum. Iudicium vero eiusdem Sylvii de hac controversia valde liberrimum videtur; sic enim statuit. 1. Negari non posse, esse peccatum promovere dignum relicta digniore. Quia quamvis per e jusmodi promotiones non inferatur notabilis injuria vel Ecclesiae, quae non potest inde pati magnum damnum, vel digniori, cui talia beneficia non sunt stricto jure debita; inordinatum tamen est, minus dignos praefere dignioribus: unde & violatur iustitia distributiva, etiam non in re magni momenti. 2. Admitti posse praedictam opinionem in Beneficiis minoribus, ut Capellaniis, ac forte in Canoniciatibus illis, qui exiguus sunt momenti, & parvorum reddituum. 3. In aliis sive Canoniciatibus, sive majoribus Beneficiis, (quae licet curam animarum non habeant, nec specialem in spiritualibus gubernatio-

nem, majoris tamen sunt momenti, ut pote quia suffragium habent in electionibus ad digniores aut officia curam animarum habentia, vel in regimine bonorum Ecclesiasticorum) difficile fore a mortali excusare illos, qui praetermissio digniores concurrentes cum minus dignis praefertunt si ipsius promotioneant minus idoneos, & possunt habere alios. Multum enim Ecclesie iniuri, ne divina officia personarum beneficia possideant, qui & quales ejusmodi beneficia possident, ne clericorum vita foveatur, ne bona Ecclesiastica male dispendentur, ne electioes ad beneficia curata sint sine defectu. Ideoque magnum ex talibus promotionibus damnus nasci potest partim Ecclesiae, partim dignioribus si offerentibus ad beneficia vacantia. Si qui porro sunt, quibus eadem sententia sic modificata ardeat, ut habeant exceptionem apponam cum Garzia (Tracl. de benef. par. 7. c. 16. n. 17. videlicet non aliqua lege vel constitutione particulari, aut juramento aliquid cautum sit in beneficiis simplicibus. Non videtur autem praeterea necessarium expresse excipere casum canalic, quod consuevit facile suboriri post ob electionem minus dignorum, relicti dignioribus. Etenim extranea, & vaga ista circumstantia, praeterquam quod in quavis morali controversia censetur semper excludi, tacita saltem consensione T. T. Irregularium, in praesenti casu sane removeret ex ipso, quod memorati DD. admovent graviter illicitas esse hujusmodi electiones, si saepius aut passim fieri-

V. isolatio iustitiae distributivae per acceptionem personarum mortalis est ex genere suo, adeoque in re gravi, ut in canonicatu, vel quando notabilis & evidens est excessus inter promotum, & eligendum. Ita S. Antonia. Vasquez, Molina, Rebell. & alii contra alios, qui docent esse solum veniale, modo vere digni eligantur. Lessius vero concedit esse mortale, si id passim fiat. Idem docet Delugo.

Hinc (1) resignans & permutans tenetur minus digno digniorem, qui est in promptu, praefere, tum ex caritate boni communis, tum ex iustitia distributiva. Quia Beneficia sunt instituta pro dignioribus, nec ab Ecclesia facultatem resignandi vel permutandi accipiunt, nisi cum eodem onere, quo obligantur praeseri & patroni. Porro si aliquod Beneficium ex dotatione dandum sit alicui ex tali capitulo vel familia, dignior est eligendus. Si tamen nullus esset dignus, alius alibi querendus esset: quia haec fuit intentio fundatorum & Ecclesiae, nec alia potuit esse.

Nota. Nulla est culpa dare minus digno Beneficium simplex, cum id postulat caritas, vel alia iusta causa ad majus bonum Ecclesiae spectans aut redundans: ut si clericus, praesertim sacerdos, non possit inopia levari, nisi per Beneficium simplex, vel si digniores reservandi sint pro beneficiis curatis, vel ut Pastor minus idoneus a cura animarum amoveatur.

Quaest. VII. Quibus modis Beneficia amittuntur?

Resp. Quatuor, 1. Per mortem Beneficiarii. 2. Libera resignatione coram superiore eam acceptante. 3. Per sententiam iudicis, ob crimen iuxta canones hac privatione puniendum, ut homicidium, simplex sacrilegium, adulterium, perjurium &c. 4. Dispensatione iuris, idque quadrupliciter. 1. Per alterius Beneficium incompatibilis consecutionem. 2. Per matrimonium. 3. Per professionem religiosam. 4. Per aliquod crimen, cui privatio Beneficii ipso jure annexa est: qualia sunt haeresis, schisma, simonia, falsificatio litterarum Apostolicarum, sodomia, homicidium per scierium pretio conductum &c. Tamen iuxta communem sententiam reus non tenetur statim ante sententiam declaratoriam criminis Beneficium suum dimittere, nisi hoc expresse habeatur in jure. Sed tunc sententia iudicis declaratoria retrahitur ad diem commissi criminis: ita ut non solum omnes fructus Beneficii ab illo die percepti amittantur, sed etiam resignatio vel permutatio illius post crimen facta rescindi possit.

Quaest. VIII. Quenam observanda de Pensionibus?

Resp. Sequentia. I. Pensio est jus percipiendi fructus ex alterius Beneficio. Alia est laica, que propter temporale aliquod obsequium datur, nec exigit clericatum, adeoque laicis competere potest, et procuratori, advocato &c. Alia clericalis seu Ecclesiastica, quae solis clericis conceditur. Et haec duplex est, scilicet mere spiritualis, quae datur clerico ob ministerium spirituale, v. gr. concionatori, vicario

parochi; & mixta; quae quidem statum clericalem requirit, & in eo fundatur non tamen ob ministerium spirituale, sed ad honestam sustentationem datur.

II. Ut pensio clericalis valide & licite obtineatur, quatuor requiruntur. 1. Ut impetrans sit clericus, seu habeat primam tonsuram; non sit conjugatus, nec illegitimus, nec irregularis, nec ulla censura irretitus. Quod si pensio sit mixta, requiritur insuper ut non habeat aliunde necessaria ad honestam sustentationem: si vero sit mere spiritualis, ut ministerium spirituale possit & velit recte praestare.

2. Requiritur dispensatio Papae: nam lex est generalis, & titulus juris canonici, ut Ecclesiastica Beneficia sine diminutione conferantur: & conlat ex iure Ecclesiae. Quare Episcopi pensionem constituere nequeunt, nisi in quibusdam casibus, in quibus facultas haec eis a Concilio Tridentino, sess. 21. cap. 6. & sess. 23. cap. 18. conceditur. 3. Requiritur iusta causa, sine qua ex communi sententia graviter peccentur & Papa, & impetrans, sicut male resdumia sui dispensans economus, & qui recipit pecuniam ab aegromo male res domini sui dispensante. Unde non licet eam retinere. Sine causa enim (inquit Toletus l. 5. c. 83.) non habet locum in foro interiori & coram Deo dispensatio, sed tantum in foro exteriori. Unde qui pensiones retinet, etiam cum dispensatione, si non adest causa legitima, securi non sunt, nec excusantur, quia Papa dedit: nam Papa non est dominus honorum Ecclesiae: sed solum universalis dispensator. Unde sicut cum dispensat in voto, non facit bonum scilicet in conscientia, nisi causa adhibeatur, ita in personarum & Beneficiorum distributione. Causa autem haec debet esse in utilitatem Ecclesiae, cuius sunt bona: si enim nulla via in Ecclesia hujus, vel universalis utilitatem tendat, non est causa legitima. 4. Debet esse moderata, ita ut beneficiario relinquatur quantum satis est ad honestam sustentationem. Ex consuetudine non debet excedere tertiam partem fructuum, quamvis Papa ob iustam causam potest majorem constituere.

III. Sicut non licet habere plura Beneficia, ita nec plures pensiones, quando una sufficit; quia cum pensio detur in virtute subsidium, si una sufficiat ad honestam sustentationem, cessat causa aliam obtinendi. Azor. & alii.

IV. Pensio exingitur, 1. Morte naturali, vel civili, aut degradatione pensionarii. 2. Per matrimonium, vel professionem religiosam. 3. Per varia delicta, qualia sunt haeresis, laesae Majestatis, aut Sedis Apostolicae, item percussio Cardinalis, vel Episcopi, in cuius dixerit percipitur pensio.

V. Pensionarius clericus, qui non est aliunde obligatus ad Horas canonicas, tenetur libi mortali recitare quotidie parvum Beatae Virg. officium, & si omiserit, non facit fructus suos, sed tenetur perceptos restituere fabricae vel pauperibus, eo modo quo beneficiarius omittens tenetur. Ita statuit Pius V. in Bulla Ex proximo, que viget etiam in

(1) Corollarium ipsud, quod cum undequaque venum, certumque ab Auctore ponitur, haud paucos habet Adversarios, maxime quatenus ad simplicia

Beneficia refertur, uti pronum erit intelligere ex superiore Nota.

in Gallis. Nec jam conceditur pensio nisi sub clericali genere, ut statuit Sixtus V. constitutio hoc onere. Tenetur etiam tonsuram & habitum ne 92. (1).

DE MATUTINO PRIVATO,

Sive de tempore inchoandi Matutinum pro die sequenti

TABULA

Omnibus Breviarium Romanum recitantiibus proposita. Romae edita Typis Reverendae Camerae Apostolicae.

Table with two columns: Ad usum Horologii Italici and Ad usum Horologii Gallici. Lists months and hours for Matutinum recitation.

APPENDIX COMPENDIARIA EX OPERIBUS BENEDICTI XIV.

Quaedam Doctrinam de Beneficiis.

Beneficium si quis fundaverit de suis bonis cum pacto, ut ipse tanquam beneficiarius illis fruatur, tunc post obitum suum jus patronatus transeat ad heredes, quamquam simoniacum ad id conditum apud multos: attamen ab ea laesae immunitate liberari potest; neque enim satis discriminis apparet inter eum qui fundat beneficium cum pacto, ut conferatur filio suo &c. & illum, qui vult sibi conferri; utriusque enim pactum adest, ita ex Pironio. Instit. Eccles. 95. §. 7.

Si quis vero offerat bona in augmentum Beneficii iam erecti, nec tamen Patronatus ejus acquirat, tunc

pacifice non potest, ut Beneficium illud sibi conferatur, ut ex Cap. Tua nos de Simonia. Ibid. §. 12. Patronus non potest se presentare ad Beneficium, transeat ad heredes, quamquam simoniacum ad id conditum apud multos: attamen ab ea laesae immunitate liberari potest; neque enim satis discriminis apparet inter eum qui fundat beneficium cum pacto, ut conferatur filio suo &c. & illum, qui vult sibi conferri; utriusque enim pactum adest, ita ex Pironio. Instit. Eccles. 95. §. 7. Si quis vero offerat bona in augmentum Beneficii iam erecti, nec tamen Patronatus ejus acquirat, tunc

(1) Quae in hoc Tractatu forent deinceps tradenda de Beneficiatorum obligationibus, praesertimque de recitatione seu choralis, seu privata Divini Officii, ea legantur partim in seq. Tract. (c. 1. qu. 1. §. 9. ad finem ejusd. c.) partim in alio Tr. de Reli-

gione (cap. 1.) Exinde porro innosces, cuinam usui inferoiar subseqens Schema, seu Tabularum, quae quidem a praedicta institutione de Divino Officio substantia cur hic e vestigio postposita fuerit, haud satis perspicuo.

Beneficia resignantia sub pensione, si eam pactum iniverit cum resignatorio de cedenda illi pensione, seu cominodo exigendi fructus ejusdem pensionis, solum anticipata pensione, pactum istud irritum, & inane declarat. Item resignantia, & resignantes decident ab omni jure Beneficii ipsi facto absque ulla Judicis declaratione, & pecunia soluta restitui debet sub peccato gravi, quae ab Ordinario applicanda est locis piis. Eadem penes subjacent jure eadem pacta intra sex menses a die receptae per resignatarium Beneficii possessionis. Bull. Tom. I. in simili.

In Bulla Ecclesiastica Ministeria. Bullar. Tom. II. num. X. mandat Pontifex in resignationibus beneficiorum, ut resignans in manu Pontificis beneficiis, & ab illo admittis; atque vicissim admittis super eo provisionibus, dispositionibus &c. litera gratia signatur intra sex menses ita persiciantur, ut intra eodem menses a novo proviso possessio beneficii capiat; si vero beneficia illa sunt ultra montes, prorogatur terminum istum usque ad novem menses a data concessionis gratia numerandis. Ubi vero iuris de causis prorogatio aliqua postuleretur, ut doctus prius officio subdatarius de Apostolicis literis expeditis, fiat prorogatio prima, & secunda vice, ulteriores omnes tollit. Et si legitimum impeditum non perseverare concluderetur apud Datarium probatum sit, facultas sit Datario tot ultiores prorogationes concedere ad exigendas literas Apostolicas, quot necessariae sunt ad impeditum remotionem. Sublato vero impedimento, si nihilominus perseveraret in differenda executione literarum, Apostolica tunc gratia nulla, & irrita censetur.

Si beneficium obtinens Religionem ingreditur, beneficium tamen non vacat nisi per professionem; tempore vero illo intermedio inter ingressum, & professionem quoad beneficia curata debet Episcopus id ipsum agere, quod praestaret, cum Parochus impedimento aliquo detineretur. Quoad beneficia vero choralia relictis tyroni religioso ipsius beneficii fructibus, de distributionibus ita statuet, ut jura praescribant. Si forte beneficiarius religionem ingrederetur, beneficium dimitteret, quae renuntiatio admitti ab Episcopo possit ex constit. 38. S. Pii V. five eam renuntiationem facere ad trames Capitis XVI. sess. 25. Conc. Trid. de Regul. nihilominus in suspensio remanere debent ea beneficia, nec possit illa alteri conferre Episcopus, nisi post factam a renuntiante solemnem professionem. Ita in literis ad Card. Quiarium, Bull. Tom. II. n. XXV.

Ventum est etiam Beneficiarius sub pena excommunicationis ipso facto incurrere, & nullitatis actus, vendere, ac ditrabere redditus suorum Beneficiorum ad vitam, vel in longum tempus, recepta ab emptore per unam vel plures solutiones pecuniarum quantitate, quam ipsi Beneficiati per spatium ejusdem temporis vel totius vite probabiliter consequi possint. Bulla UNIVERSALIS ECCLESIAE Bullar. Tom. I. num. 29.

Titulos Beneficiorum cum occulta inhabilitate, vel alio occulto vitio, vel etiam in Concurfu male obtentorum covalidare fas est majori Penitentiario, Bulla PASTOR BONUS Bullar. Tom. I. num. 95. §. 20. sed in convalidatione titularum, & condonatione fructuum abstinendum est illi cum Episcopis, qui de Ecclesiis Cathedralibus provisi, minus conf-

erations intra prescriptum tempus non susceperint.

Ibid. §. 21. Neque enim condant fructus Beneficiorum, & Episcopatum Ecclesiarum quovis modo male perceptos in casibus non occultis. In occultis vero cum Italis, Hispanis, Lusitanis & Indis adjacentibus compositionem facere potest: cum aliis relictis non potest. Haec tamen omnia debent esse sine praedictio illorum, quibus distributiones accrescere debent. *Ibid.* §. 24.

Si quis jam obtineat beneficium, & injuste vexetur ab alio, potest pecunia injuncta vexationem redimere, ut ex Canonibus omnibus firmatur. *Instr. Eccl.* 94. §. 4.

Si vero quis habeat jus ad beneficium, & ab alio illi lis moveatur, non potest litiganti dare pecuniam ut acquiescat; neque etiam titulo solvendi expensas in lite hucusque factas, nam tunc pararet sibi viam ad Beneficium per pecuniam. *Ibid.* §. 7.

Beneficium obtinens jure certo, & manifesto, ut nullus sit quaestio locus, permittitur redimere injustam vexationem, ut ex Cap. dilectus 27. de simonia; idque fieri potest nulla interposita Episcopi auctoritate; fas est tamen Episcopo praecipere in Synodo ne id fiat absque suo assensu ab periculo simoniae. *De Synod. Diac.* lib. 7. Cap. 69. §. 8.

Si Patronorum Beneficii scilicet iusticia fuerint in partes, ille est praeficiendus, qui a pluribus eligitur, uti delimitur est in Cap. Quoniam de jure Patronatus. Si tamen ille, quem praesentat pars major, non reperitur, idoneus poterit alter praesentaria paucioribus, ut ex Lamberdiano traditur de *Syn. Diac.* lib. 7. cap. 70. §. 6. Valere tamen iudicata est constitutio Synodalis Episcopi Pamplonenis; quae vetuit admitti praesentatum a minori parte, ob rationes in *Tract. de Syn. Diac.* lib. 7. cap. 70. §. 6. ponderatas.

Beneficium simplex si quis obtineat, nec sufficit ad honestam sui sustentationem, potest ab Episcopo habitari ad suscipiendum aliud. Si vero nec istud secundum sufficit, ut tertium obtineat debet a Sede Apostolica dispensationem obtinere, sive hoc tertium sit libere collationis, sive de jure Patronatus etiam laici; nam Conc. Trid. permittit, ut habens beneficium insufficientis possit unum aliud simplex obtinere, & nihil dicit de tertio. Atque ita in praxi tenentur. Sac. Congreg. constat. *Instr. Eccl.* 92. §. 7.

Haec tamen non valent in Capellanis de jure Patronatus Laicorum, neque in Legatis piis, ut ex alio Decr. Sac. Congreg. *Ibid.* §. 2.

Ex alio Decreto Sacrae Congreg. de quo *Ibid.* eruitur non esse inquirandos illos, qui bona fide ritia, vel quatuor beneficia insufficientia ex Episcopi auctoritate obtinuerint. *Ibid.*

Cum beneficium resignatum fuerit in manu Episcopi, vel Collatoris, non possunt isti providere de iis beneficiis, consanguineos, affines, vel familiares suos ut ex Bulla 68. S. Pii V. *Ibid.* §. 9.

Quin neque affines, consanguinei, & familiares resignantis admitti debent, etiam cum beneficium conferendum est in Concurfu; primo quia Bulla S. Pii, quae legit *admittentia consanguineos*, mendo sa excusa est, cum legendum fuerit *dimittentium consanguineos*, ut monet Fagnanus in *Cap. Nos sine, de Arbitris*. Secundo quia Sac. Congreg. disposuit ut in eo casu neque familiares Episcopi, neque con-

lar.

sanguinei resignantis admittentur. *Ibid.* §. 11. *Ex de Syn. Diac.* lib. 13. cap. 24. §. 2. *Nova Edit.* Bene tamen omnes isti admitti ad beneficium potest, quando illud occidit in manus Episcopi per obitum prioris beneficiati; neque enim tantum mali timeri potest, cum beneficium conferendum est ex obitu beneficiati, quantum subesse potest cum dandum est ex resignatione prioris beneficiati. Ita de *Syn. Diac.* *Ibid.* §. 6. *ex Decr. Sac. Congr.*

Consuetudines Ecclesiarum reservandi hereditibus beneficiati jam sancti fructus primi anni obtenti beneficii valet; nihil enim derogat juri illius qui in beneficium recens invehctus est, cum & ipse post mortem jure isto potitur. Quare in favorem hujus consuetudinis saepius a Sac. Congreg. decisum est. *De Syn. Diac.* lib. 7. cap. 70. §. 3.

Beneficiorum Parochialium, & Vicariorum tam Sacularium, quam Regularium capaces esse Canonice Regulares Praemonstratenses, etiam cum intercedente Apostolica dispensatione, definit Pontifex in Bulla *Oneroso* &c. Bull. *Dem.* III. num. 32.

De filiis illegitimis Clericorum circa beneficia Patrum in eadem Ecclesia qui possint, & non possint *Vide Antiquam supra & sequentia.*

Filius legitimus consensu prohibetur beneficium a Patre praehabitu, effect enim species successiois. Nihil tamen vetat quominus Pater possit obtinere beneficium a filio praehabitu. Quod verum est etiam de Patre respectu beneficii a filio illegitimo obtenti, ut exrepositione Sac. Congreg. *De Syn. Diac.* lib. 13. cap. 24. §. 15. *Nov. Edit.*

Illegitimi autem filii quoad hoc illi etiam censentur, qui postmodum legitimi sunt, non vero qui post subsequens matrimonium legitimi habentur, ut portum ex Decr. Sac. Congreg. parum ex Fagnano. *Ibid.* §. 16.

Nam vero filio obtinere beneficium fas sit, quod Pater quidem habuit, sed ab eo transiit, in tertium, & ab isto in eundem filium; responderit filio legitimo id quidem non prohiberi, ex Cap. *de extirpandis de fl. Preb.* illegitimis vero non licet, ut ex Bulla Clem. VII. & responsis Sac. Congreg. *Ibid.* §. 18.

Nepos vero legitimus ex patre illegitimo natus obtinere avi beneficium non vetatur, ipso scilicet avo vivente, ut ex responsis Sac. Congreg. & Rotali decisione. *Ibid.* §. 19.

Si patronus beneficii rectorem interficiat, ipse, & omnes ad patronatus jus illud amittunt, ex Cap. *In quibusdam de penis*, *Ibid.* §. 21.

Beneficii permutatio, quae fit coram Ordinario, interdum potest esse prohibita a Conitit. S. Pii V. in *plente Officium*, sed quae sine canonicis sanctionibus permutaciones iste, sed quae sine canonicis sanctionibus beneficii resignati factae in favorem affinium, & familiarium Episcopi, sicut etiam resignantis; ita etiam censentur veteres permutaciones beneficiorum, cum aliquis permutet beneficium suum pingue, & est jam effuse etatis cum altero, quod est tenue, & obtineat, five a suis, five ab Episcopi consanguineis, vix enim credi potest ab ista permutacione fraudem abesse, adeoque non est iuxta canonicas sanctiones. *De Syn. Diac.* lib. XIII. cap. 24. §. 10. *Nov. Edit.*

Beneficia obtinentes a S. R. E. Cardinalibus ordinariis collatoribus in mensibus S. Sedis reservatis valetorem 24. Ducatonum Camerae excedentia tenentes intra praefixum in Reg. Cancellariae tempus novam eorundem provisionem a Sede Apost. obtinere, Ordinaris taxis solatis, non obstante in contrarium quocunque exemptionis privilegio. *Motus prope. Benef.*

XIV. Bullar. Tom. I. n. 12.

